Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cc lxxxix

mea quem timeo. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus, miserere famulo tuo N. et dirige eum tua clementia in uia salutis eterne: ut te donante tibi placita cupiat, et tua uirtute perficiat. Per. ad galatheas.
Fratres. Si occupatus fuerit homo in aliquo delicto uos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis: considerans teipsum ne et tu tempteris. Alter alterius onera portate, et sic adimplebitis legem xpi. Saluum fac seruum tuum. Gradualis. Mitte mihi auxilium de sancto et de sion tuere eum. V. Domine exaudi orationem meam. Alleluia: De profundis clamauit ad te domine domine exaudi uocem meam. Initium sancti iohannis.
Amen amen dico uobis: qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet: quia ego ad patrem uado. Et quecumque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam, ut clarificetur pater in filio. In te speraui domine dixi. Offertorium
Tu es dominus in manibus tuis hostias. Secreta. Tua mea, domine quas tibi offerimus pro famulo tuo N. propitius respice, et per hec sancta commercia uinculum peccatorum nostrorum absolue. Per. Com.
Illumina faciem tuam super seruum tuum et saluum me fac in tua misericordia domine non confundar quoniam inuocauit te.
Huius domine quesumus. Per. Com.
Mutuum misericordiam et a peccatis nos mundo delictis, et famulum tuum N. ab omnibus absolue peccatis. Per.
Per sereniitate obtinenda, de necessitatibus. ut s. Oratio.
Ad te domine nos clamantes exaudi; et acris serenitatem nobis tribue supplicantibus: ut quoniam iuste pro peccatis nostris afflimur, misericordia tua pacificante clementia sentiamus. Per.
Lectio hieremie prophete.